DMUNDI ELISII,

Eccleſiæ Anglicanæ Presbyteri,

AD

Samuelem Parkerum,

S. T. P.

EPISTOLA TERTIA.

Cui acceſſerunt

ſtola ad Authorem Libelli cujuſ-
dam cui Titulus, *Dr. Stillingfleet*
gainſt Dr. Stillingfleet :

Ac breviuſcula Parænesis ad Authorem *Celeuſmatis*, ſeu Clamoris ad Theologos, &c.

Τὸ ἀληθὲς ἐν βραχεῖ κ.τ.λ. Plato.

LONDINI,
Typis *A.G.* & *J.P.* pro *Roberto Clavel*, ad inſigne Pavonis in Cœmeterio Paulino,
1680.

Spectabili Viro
SAMUELI PARKERO,
S. T. P.
Edmundus Elisius
S. P.

GRatulor tibi, Erudite Vir, mentem contigisse aliquatenus saniorem, ex quo prodiit in lucem *Tenebrarum* ista *Soboles*, Liber tuus, cui Titulus *Tentamina Physico-Theologica.* Non desunt tamen Errores, iique quidem non exigui momenti, in Libro tuo nuperrimè edito. Nónne tibi secundæ cogitationes pudorem suggerant isthæc verba recolenti, à quibus abhorret animus *verè Christianus?* " Una est humanitatis Lex, ut probos quosque amemus & improbos, quòd sint illorum hostes, summo odio habeamus: in quam vos duplici ratione committitis, tum ut probos non ut par est ametis, tum quòd improbos non eâ quâ oportet indignatione oderitis.

Dilige jure bonos, & miserefce malis; inquit Clarissimus *Boetius*. Dixit ipse Magister Opt. Max. *Diligite inimicos vestros*, *Matth.* 5. 44. "Voce igitur (ut "verbis tuis utar) elatissimâ dico, atque "utinam me non modò omnis *Europa*, "sed universus terrarum orbis exaudiret "dico, fidenter dico.

Benevolentiam *Christianam* ad improbissimos quosque hominum extendi nempe istis optare debemus liberationem à peccato, malorum omnium fonte, ac summæ bonitatis fruitionem æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum, atque omnem occasionem arripere dictis, factisque demonstrandi nos animum erga eos gerere perbenignum. Odi ego improbitatem tuam, qui tot præclara *illustrium virorum* argumenta contra Atheos adducta, pro virili tua evertere conatus es; quasi verò tibi soli gentem humanam debere velis, quòd Deum esse tandem ex veris ac genuinis *cognoscendi* principiis agnoverint. "Cùm, inquis, "an sempiterna esse, an non esse potue"rit rerum successio, nesciamus, quidni "Sophismata esse concludantur, quibus "in contrarium demonstrare nituntur, "cùm in pares difficultates incurratur si

assen-

"assenserimus, acsi ab assensu omni nos "cohibeamus? *Disp*. 2. *sect*. 2.

Nesciamus! an nesciant omnes mortales? Tu forsan, tuique similes nescitis, opinionum vestrarum *fumo* occæcati. Nos certo certiùs cognoscimus, non esse æternam rerum successionem; & Doctrinæ nostræ veritatem ostendimus clarissimâ Demonstratione Reverendi in Christo Patris *SETHI* Domini Episcopi *Sarisburiensis*, quæ occurrit in *Aureo* quodam Libello, cui Titulus, *A Philosophical Essay, &c.* " Dico (inquit) mundum ab æter-"no non fuisse, sed esse creatum à rebus, "quæ videntur demonstrari posse. A "Generatione sumemus Argumentum: "Quodcunque genitum est, ab alio du-"xit originem; nam impossibile est ut "aliquid *gignat* seu *efficiat* seipsum; ali-"ter enim sequeretur idem esse, & non "esse eodem instanti, cùm tam sit Effici-"ens quàm Efficiendum; Efficiendum, "quia adhuc non existit; Efficiens etiam, "quia ejus Existentia jam supponitur. "Existit itaque, & non existit; quod "contradictio manifesta est. Ergo im-"possibile est ut aliquid gignat, efficiat, "seu producat seipsum. Et per conse-"quens quodcunque genitum est, ab alio

Dilige jure bonos, & miſereſce malis; inquit Clariſſimus *Boetius.* Dixit ipſe Magiſter Opt. Max. *Diligite inimicos veſtros*, *Matth.* 5. 44. "Voce igitur (ut "verbis tuis utar) elatiſſimâ dico, atque "utinam me non modò omnis *Europa*, "ſed univerſus terrarum orbis exaudiret "dico, fidenter dico.

Benevolentiam *Chriſtianam* ad improbiſſimos quoſque hominum extendi nempe iſtis optare debemus liberationem à peccato, malorum omnium fonte, ac ſummæ bonitatis fruitionem æternam, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, atque omnem occaſionem arripere dictis, factiſque demonſtrandi nos animum erga eos gerere perbenignum. Odi ego improbitatem tuam, qui tot præclara *illuſtrium virorum* argumenta contra Atheos adducta, pro virili tua evertere conatus es; quaſi verò tibi ſoli gentem humanam debere velis, quòd Deum eſſe tandem ex veris ac genuinis *cognoſcendi* principiis agnoverint. "Cùm, inquis, "an ſempiterna eſſe, an non eſſe potue- "rit rerum ſucceſſio, neſciamus, quidni "Sophiſmata eſſe concludantur, quibus "in contrarium demonſtrare nituntur, "cùm in pares difficultates incurratur ſi aſſen-

"assenserimus, acsi ab assensu omni nos "cohibeamus? *Disp.* 2. *sect.* 2.

Nesciamus! an nesciant omnes mortales? Tu forsan, tuique similes nescitis, opinionum vestrarum *fumo* occæcati. Nos certo certiùs cognoscimus, non esse æternam rerum successionem; & Doctrinæ nostræ veritatem ostendimus clarissimâ Demonstratione Reverendi in Christo Patris *SETHI* Domini Episcopi *Sarisburiensis*, quæ occurrit in *Aureo* quodam Libello, cui Titulus, *A Philosophical Essay, &c.* "Dico (inquit) mundum ab æterno non fuisse, sed esse creatum à rebus, "quæ videntur demonstrari posse. A "Generatione sumemus Argumentum: "Quodcunque genitum est, ab alio du- "xit originem; nam impossibile est ut "aliquid *gignat* seu *efficiat* seipsum; ali- "ter enim sequeretur idem esse, & non "esse eodem instanti, cùm tam sit Effici- "ens quàm Efficiendum; Efficiendum, "quia adhuc non existit; Efficiens etiam, "quia ejus Existentia jam supponitur. "Existit itaque, & non existit; quod "contradictio manifesta est. Ergo im- "possibile est ut aliquid gignat, efficiat, "seu producat seipsum. Et per conse- "quens quodcunque genitum est, ab alio

"duxit originem : atque id aliud, quod
"id ipſum produxit, aut eodem modo fuit
"productum, aut non fuit : ſi non fuit,
"jam ipſum principium primum, quod
"productum non fuit, attingimus ; adeó-
"que tandem Deum eſſe intellectu aſſe-
"quimur. Si fuit productum, neceſſe
"eſt vel ut ſequamur ſucceſſivè gignendi
"curſum uſque dum ad ipſum primùm
"productum à cauſa æterna perveneri-
"mus, vel ut aſſeramus gignendi cur-
"ſui defuiſſe principium ; atque adeo
"jamdudum eſſe præteritas ſucceſſiones
"infinitas, ſeu, quod eôdem recidit,
"præteritum eſſe numerum ſucceſſionum
"infinitum, quæ (ſi præteritæ) finitæ
"ſunt: Sic numerum infinitum inveni-
"mus, qui fine non caret, quod altera
"contradictio eſt. Rursùm, ſiquis affir-
"met, gignendi curſui defuiſſe principi-
"um, ſeu generationum numerum fuiſſe
"infinitum, rationem cum illo ineamus
"per hanc inſtantiam : Quæro itaque
"ſuppoſitis generationibus *Abrahami* &
"*Joſephi*, filii *Jacobi*, filii *Iſaaci*, filii *Abra-
"hami* ; num antequam gigneretur *Abra-
"hamus*, generationum ſeries fuerit infi-
"nita ? Quod ſi finita, gignendi curſus
"habet initium, quod erat demonſtran-
dum.

“ dum. Si ſeries iſta præterita fuit infi-
“ nita, inde tunc conſtabit, genito *Joſe-*
“ *pho* plures generationes fuiſſe præteri-
“ tas: ſic numerum invenimus iſto ſup-
“ poſito infinito majorem, atque ita non
“ fuit iſte infinitus, ſcilicet infinitus &
“ non infinitus. Contradictio manifeſta.
“ At ſiquis dixerit, *Abrahamo* genito ge-
“ nerationum numerum fuiſſe infinitum,
“ infinitum etiam, genito *Joſepho*; hæc erit
“ conſequentia, generationum nume-
“ rum *Abrahamo* genito æqualem fuiſſe
“ earum numero, qui genito *Joſepho* ac-
“ creverat, ut ideóque pars ſit toti æqua-
“ lis. Liceat ſupponere generationum
“ numerum *Abrahamo* genito finitum fu-
“ iſſe, ſed genito *Joſepho* infinitum; tunc
“ ſequitur numerum finitum finito addi-
“ tum infinitum componere, quod etiam
“ commune Rationis lumen impoſſibile
“ eſſe oſtendit. Videmus itaque quòd
“ τὸ ſupponere mundum ab æterno fuiſſe,
“ ſeu ſucceſſionum ſeriem eſſe infinitam,
“ animum impellit in laqueos contradi-
“ ctionum. Adeóque perabſurda eſt
“ iſtiuſmodi imaginatio, atque id quod
“ ſupponitur omnino impoſſibile. Ita
ſanctiſſimus ille Præſul.

Te verò, *Philosophomastix*, fœdus scripturiendi pruritus urget veritatem illam, quæ Sole clarior est, convellere. " Quis " certum, inquis, & comprehensum ha- " bere possit, quin ab æterno mundus fie- " ri potuisset, cùm posse esse nunquam " cœperit ; at si nunquam esse cœpit, " semper esse potuisset, & si semper, ab " omni æternitate ? Neque enim quis " dubitare potest, mundum, priusquam fa- " ctus fuerit, fieri potuisse, &c. *Disp.* 4. *sect.* 1.

Sophisticam istam verborum nubem, quâ animum Lectoris velis obfuscare, sic facilè dissipamus. Deus Potuit ab Æterno Mundum Creare, sed Mundus non Potuit Creari ab æterno : nempe Infinita est Divina Creandi Potestas, sed contradictionem implicat, ut aliquid Crearetur, nisi quod ab Æterno non fuit. *Verbum sapienti.* Tu verò si teipsum decipere velis, æquum est decipiaris.

Nè sit cuiquam mirum usque adeò *Moralem* Stoicorum *Philosophiam* te odio habere, in quo tam apertè dominantur invidia & arrogantia. " Nonne Stoici, " inquis *Disp.* 4. *sect.* 25. Morali Philoso- " phiâ ab omnibus totâ sententiâ abire, & " prorsus novam, atque antea inauditam, de

"de ratione Boni Malíque disciplinam "ferre profitebantur, ut nihil bonum nisi "quod honestum, malum nihil nisi quod "turpe censuerint. Per Bonum Stoici idipsum intellexêre quod κατ' ἐξοχὴν, & absolutè bonum est; nempe cujus *privatio* nullo modo possit alicui cedere in Bonum: Divitiæ autem, Honores, & quæcunque alia præter honestum bona appellantur, malis hominibus sunt mala, bonis bona.

——*Hæc perinde sunt*, (inquit Poeta ingeniosissimus) *ut illius animus, qui ea possidet:*
Qui uti scit, ei bona; illi qui non utitur rectè, mala.

Animum quàm vilem, quàm angustum ostendis, quàm magnum, quàm cœlestem exprimit ille Stoicus Epistola 74. "Quicunque beatus esse constituit, unum "esse bonum putet, quod honestum est. "Nam si ullum aliud existimat, primùm "malè de Providentia judicat; quia "multa incommoda justis viris acci-"dunt; & quia quicquid nobis dedit, "breve est & exiguum, si compares mun-"di totius ævo. Ex hac deploratione na-"scitur, ut ingrati Divinorum interpre-

tes

" tes simus, querimur, quòd non semper,
" & quòd pauca nobis, & incerta, & abi-
" tura contingant. Inde est quòd nec
" vivere nec mori volumus; vitæ nos
" odium tenet, timor mortis. Nutat
" omne consilium, nec implere nos ulla
" felicitas potest. Causa autem est, quòd
" non pervenimus ad illud bonum im-
" mensum & insuperabile, ubi necesse
" est resistat voluntas nostra, quia ultra
" summum non est locus.

Et paulò pòst; " Intus instruamur, si
" illa pars tuta est, pulsari homo potest,
" capi non potest. Quòd sit hoc instru-
" mentum, scire desideras? Nihil indig-
" netur sibi accidere, sicatque illa ipsa
" quibus lædi videtur, ad conservatio-
" nem Universi pertinere, & ex his esse,
" quæ cursum mundi officiúmque con-
" summant. Placeat Homini quicquid
" Deo placuit, &c.

Epictetus, *Simplicius*, *Arrianus*, *Cicero*, *Seneca*, aliíque, νοήματα adeò Divina protulerunt, ut qui dextram Dei in animis eorum operantem cernit, faciliores inde motus conceperit ad amorem suum erga Deum in flammam usque, & usque ampliorem excitandum, quàm qui hujusmodi Authores contemnens *Disputatio-*

nes

nes tuas ſummo eorum ſtudio adductus perlegit. Sed quod ad tuam Deum eſſe probandi rationem ſpectat, hoc ſolum in præſentia dicendum habeo: Non opus eſt ad *intima rerum* naturalium penetrare, ut Deum eſſe probemus, cùm ſit neceſſe ut ſpectet eum, qui ſplendidiſſima ejus opificia, Solem, Lunam, Stellas, Mare, Terram, Homines, Animalia Bruta, Herbas, Arbores, &c. *cogitabundè* intuetur; *contemplans* etiam *Solis Juſtitiæ* ſplendorem, τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. "Cœli enarrant gloriam Dei fortis, & "opus manuum ejus indicat expanſum "eorum. Dies ad diem eructat ſer-"monem, &c. Doctrina Jehovæ inte-"gra eſt reſtituens animam: Teſtimoni-"um Jehovæ verax ſapientiam afferens "imperito. Contra opinionis tuæ execrabilis venenum, quod *Diſp.* 4. *ſect.* 26. Lectori velis obtrudere antidotum(ni fallor) ſatis efficacem exhibui in *Excerptis quibuſdam è libro doctiſſimi Theologi Thomæ Jackſoni* τοῦ μακαρίτου, cui Titulus, *A Treatiſe of the Divine Eſſence and Attributes.* Atque in Verſione noſtra Anglicana quatuor *Boetii* librorum (particulis quibuſdam omiſſis) *Conſolationis Philoſophiæ.* Cæterùm ſcelerata, quæ hoc in loco audaci-

daciâ planè horrendâ profers Dogmata, contra veram & Catholicam *Simplicitatis Divinæ* Notionem, non possum me refrœnare, quin palàm profitear, me summâ indignatione & jam prosecutum esse, & in posterum perpetuò prosecuturum.

"Neque refert (inquis) quicquid nu-
"gantur, sit actio *immanens an transiens*;
"licèt enim in ipso efficiente maneat,
"non tamen in illius naturam transit.
"Sic cùm quicquam quisque velit, ista
"certè optio animæ simplicitatem non
"imminuit; neque cùm quis Peripateti-
"cus quicquam elegerit, sibi aliquid no-
"vi naturæ suæ accessisse persuadeat:
"atque adeò Summi Numinis decreta
"cùm sint solius arbitrii & voluntatis
"opera, ad illius naturam non magis at-
"tinent, quàm quæ extra se efficiat.
"An verò aliquid in Deo sit, inquies,
"quod non sit ipse Deus? Imò certè
"(quicquid *Aristoteles* Atheus statuat) si
"quicquam velle aut cogitare valeat,
"actiones suas à seipso distinctas in se
"habere necesse est, &c.

Spectatum admissi gemitum teneatis amici! Homo infelix, quid agis! Hîc clarè, licèt implicitè, ausus es asserere non aliam esse Dei Opt. Max. simplicitatem, quàm

qualis competat animæ humanæ. Opinionis tuæ venenum his ſe verbis oſtendit: " An mutabitur voluntas, (ſcilicet Divina?) Quid, an ut quicquam " velit, contra quam antea voluerit? " Iſta quidem mutatio quandam ſuæ ſapientiæ labem afferret, at nullam aliam, " etiamſi mille ſubierit, quæ noceat, ipſe " novi.

Falſiſſima eſſe tua hæc dicta ſic breviter probamus: Si Voluntas Divina aliqualem mutationem ſubire poſſet, tunc eſſet realiter diſtincta ab ipſo Deo.

Sed non eſt, &c.

Ergo, Nullam omnino poteſt mutationem ſubire. Sequelæ Majoris, vel ipſius Minoris negatio quàm abſurda, quas Blaſphemias inferret, facilè Lectores judicabunt. Genio tuo maximè conſentaneum videtur, tam inimicum *Ariſtoteli* animum gerere, cujus argumentandi ratio tam apta nata eſt *Te pungere*, *Laxiores tuas locutiones verbo premere*, & quàm ſint inanes oſtendere. *In multitudine verborum non deerit peccatum*; præſertim cùm loquimur de unica illa ſemper adoranda, nunquam comprehenſibili Eſſentia, cui ſit omnis Laus, Honor, & Gloria, in ſecula ſeculorum. " Quanta (inquis) Theologorum

co-

"cohors Divinæ Providentiæ libertate
" labefactari mallet, quàm ut periclitetur
" fatalis (nempe quòd asserant Deum esse
" *Actum purum, &c.*) Disciplinæ Autho-
" ritas, quam solâ impietatis causâ con-
" quisivit Philosophus. Quàm autem
" non modò impius, sed & futilis Dispu-
" tator fuerit, jam satis diximus.

Fortiter calumniaris, sed (crede mihi) *nihil hærebit*. Quanta Theologorum cohors! Scias velim semper fore nonnullos ex illa Theologorum cohorte, qui contra sceleratorum dogmatum *Vorstianorum* catervam, licèt armis stylo tuo multò fortioribus indutam, militabunt, déque iis perpetuò triumphabunt. Qualibus in tenebris versatur anima tua, per affectatam illius veritatis ignorantiam, quam præferunt *Meditationes Cartesianæ*, quas furibundè (sed quàm ridiculè!) impugnas. Sic loqueris ad manes viri clarissimi, *Disp. 6. sect. 19.* "Túne verò illius
" Dei Ideam in te habere jactitas? Nô-
" sti quid sit Idea? Quas Latini rerum
" formas, Græci ἰδέας vocant; tu verò
" quâ formâ, quâve specie, sit immensa
" Numinis Majestas intelligis? Si intel-
" ligere te ais, cur figurâ quâdam non de-
" scripseris, aut fando non explicaveris?

Dei

Dei nomine (inquis) *intelligo Subſtantiam quandam infinitam, independentem, ſummè intelligentem, ſummè potentem, & à qua tum ego ipſe, tum aliud omne, ſiquid aliud extat, eſt creatum.* Subſtantiam intelligimus & nos, quæ verò ſit illius forma, ſpecies, & figura, à te diſcere libenter vellemus; at tantum abeſt id "doceas, quæ aut qualis ſit Subſtantia, "dicere non audeas. *Quandam* enim "eſſe, cautè aut callidè, ſeu potiùs im"prudenter dicis. Quid enim hoc eſt, "quàm quæ fuerit te omnino neſcire? "Dicas igitur corporea, an incorporea "ſit: ſi corporea, iſtuc unde clarè & "diſtinctè noveris; ſi incorporea, iſtuc "quid ſit nobis clarè & diſtinctè expli"ces, &c.

——Bullatis undique nugis
Pagina turgeſcit, dare pondus idonea fumo.

Quorſum iſta inanium verborum affluentia! Quàm puerilis & inepta ſit hæc λογομαχία, de voce à *Carteſio* rectè uſurpata, Ideâ! Quis ſanæ mentis dubitare poſſit, quin per eam intelligenda ſit *Notio, Conceptus,* ſeu *Repræſentatio Intellectualis*; is ſcilicet intelligendi Modus, quo *rem ipſam* ſibi Animus Repræſentat?

Clarè & diſtinctè percipio τὸ *Eſſe Deu* ſeu *Unum Simpliciter Infinitum*; Clar inquam, & diſtinctè, nullâ omnino i terpoſitâ *Dubitationis* ſeu *Erroris* Nebul Diſtinctè explico Perceptionem, ſeu N tionem noſtram per haſce voces, *Unu Simpliciter Infinitum*; ſed tamen nequ hæc Explicatio ab iſtis intelligi, qui i eam Nolunt Aciem Animi adverter Indubiè non Auſus eſt *Carteſius* dicer *Qualis ſit* Subſtantia *Deus Opt. Ma* Nam ſupponere *Qualis ſit*, deſtruit V ram & Catholicam ipſius Notionem ſe Ideam. "Ut quidem nunquam D
"Ideam tibi ineſſe perſuaſeris, done
"iſtius picturam & delineationem nob
"deſcripſeris; quod cùm omnino fie
"nequeat, planè ſequitur, nullam e
"iſtiuſmodi Ideam.

Doctiſſima Conſequentia! Non d tur *Dei Pictura* ſeu *Delineatio*; Erg Nulla eſt Ejus Idea. Imò ſanè Ideam h bemus Subſtantiæ Infinitæ, Cujus om nino impoſſibile eſt ut detur *Pictura* ſe *delineatio*.

"Potiſſimùm, inquis, cùm Philoſop
"quidam ſint, iíque non indocti, q
"quicquam præter *Phantaſmata* Me
"advenire inficiantur.

Fa

Fateor equidem, Duo isti Philosophi non indocti, *Hobbius* & *Gassendus*, hujusmodi *Portenta* Opinionum tenuerunt: Illius verò Qualia esse Dogmata ostendit Reverendissimus *Bramhallus*, ipse Nôsti, Alterum Ego ostensurus sum, Cogitationes quandoque egregiè *Idololatricas* habuisse. Qui dicit nil præter *Phantasmata* Menti advenire, necesse est ut sit *Atheus*, vel *Idololatra*, vel quod dicit, nec ipse intelligat. Nam quid sit aliud *Phantasma*, quàm Species quædam, seu Imago rei alicujus *corporeæ*, Mediante *Sensu Externo*, Impressa *Cerebro*?

" Nego, inquis, te Substantiam à te-
" ipso diversam in te habere.

Monstrum horrendum! Nulláne igitur est Substantia in Nobis à Nobismetipsis Diversa! En, quò Te abripuit insanum *contradicendi* Studium! An tandem planè & apertè Negaveris, *Infinitam esse Dei Opt. Max.* Essentiam! Nil mirum Te adeò Insensum esse *Poetarum antiquissimorum* Ingenio, quorum ex Numero quàm plurimi Veritatis Divinæ Testimonia protulerunt Opinionibus Vestris maximè Adversantia. *Plato* ipse *Ethnicus* quàm Multa de *Deo* loquutus est, Religioni *Christianæ* maximè Consenta-

nea, quorum Te planê Inſcium oſtendis? Túne igitur Rigidum *Philoſophiæ Platonicæ* Cenſorem agis, qui ſis *Rerum Divinarum* tam Ignarus, ut Viro Pereru-dito *Deum*, Subſtantiam Infinitam, in Seipſo Eſſe Aſſerenti, Dicere Auſus ſis.

" Nego te Subſtantiam à teipſo diver-
" ſam in te habere! *Sect.*20. Si finita ſit
" *Dei* Idea, inquis, infinitam cauſam non
" exigit, & ſi non exigat, finitâ produ-
" ci potuit.

Concedimus Finitam eſſe noſtram *Dei* Ideam, nequit tamen ab alia Cauſa produci quàm Infinitâ. Nimirum ipſe Animus, qui ſe Reflectit in hanc Ideam Animo Cujuſque inſitam, clariſſimè Intelligit quòd nequaquam ſit *Figmentum ſuum*, (ut probavimus in Epiſtola ad te data *Septemb.* 11. 1678.) nec aliunde provenire potuerit, quàm *ab ipſo Objecto* Quod Repræſentat, nempe Cujus Idea, ſeu Repræſentatio eſt. Per *Realitatem Objectivam* Intelligimus *ipſam Veram*, ſeu *Realem Eſſentiam Abſolutè*, *&* *ſimpliciter Infinitam*, quatenus ſe *Objicit* Intellectui, adeóque Suiipſius Efficit Ideam, ſeu Notionem. *Sect. prædict.* Inſcitiam tuam egregiam prodis.

Cùm

"Cùm Perfectiones Divinas infinitas "esse dicis, tantas solùm esse dicis, quantas tu ipse concipis, & infinitis intervallis ampliores, cujusmodi demum "Idea, cùm finita sit; cur, quæso, neges "quantumcunque *Realitatis* Ideis tuis "tribuas, quin ab Ipsa Mente proficiscatur? Cùm sanè cuivis liceat perfectissimam, quam pro suis viribus possit "fabricare Ideam, & cùm longiùs progredi se non posse sentiat, exclamare "infinities perfectiorem esse, & fabricari "posse, quanquam ipse præ captus angustiâ non possit omnem illius amplitudinem complecti.

En summam *Affectatæ Ignorantiæ* Turpitudinem! Quod si Animum non pertinaciter Avertisses ab ea *Luce*, quam tibi exhibuit *Cartesius*, clarissimè Vidisses quomodo sit Distinguendum inter Perfectiones Divinas, seu *Actu* Infinitas, (quæ scilicet nil aliud sunt, quàm *Una Essentia Simpliciter Infinita*, quatenus Eam pro Modulo *Conceptus* Nostri sub ratione Bonitatis, Sapientiæ, Potestatis, & similium, Apprehendimus;) atque Perfectiones Creaturarum *Indefinitas*, eas nimirum quæ non adeò Finitæ sunt, quin *Concipi* possint per Potestatem Divinam us-

que ad Infinitum Augendæ. Hujus (si isto uti liceat vocabulo) *Indefinitatis* Umbra Animo Tuo obversatur, Et quid sit, ipse Nescis, adeóque *Perturbatus* Intellectus Fugiens hoc Vitium, τὸ Concipere id, quod solummodo *Indefinitum* est, Simpliciter esse Infinitum, in Alterum Incidit, nempe in hanc Opinionem stultissimam, scilicet seipsum non posse in Ultimo *Assentionis* Gradu hanc Summam Veritatem firmiter Tenere, *Unum Esse Simpliciter Infinitum.* Variis loquendi formulis eandem Veritatem Tibi iterum, & sæpius Inculcamus. Hanc ob rationem Pernegamus Eam quam de *Deo* habemus Ideam, (nempe pro *Conceptu Objectivo* sumptam) ab ipsa Mente proficisci, seu Mentis esse *Figmentum*, Quia Infinitè Excedit summam Mentis Potentiam *comprehensivam*; Cùm Mentis *Figmentum*, seu *Ens Rationis* sit Id, Quod Ipsa Mens possit clarissimè Cognoscere, seu *comprehendere*, Nil aliud esse, nisi Quod propriâ Facultate Effinxit.

Si Veritatis Avida sit Anima Tua, Epistolium hoc Sufficiet ad Ipsam Tibi exhibendam: Sin *Fastûs impetu* abreptus Spernas (seu potiùs Velis ut homines opinentur Te Spernere) istiusmodi Scripta,

a, quibus Reſponſum dare vel tantil-
n Veri ſpeciem præferens neutiquam
lebis *Mores* iſtos *Feros* ac Superbos
olliat Severa hujuſmodi Cogitatio.
le, Ille, Qui ſe Dixerat *Viam*, *Veritatem*,
Vitam; Dicit etiam, *Venio citó*. Ob-
ixè itaque Oremus, ut Ille *Dominus* No-
er, Noſtérque *Deus*, *Spiritu Suo*, *Veritatis*
Amoris Fonte Infinito, tum Calamos,
m Linguas noſtras ad *Dei Opt. Max.*
tris, *Filii*, & *Spiritûs Sancti* Gloriam,
oſtrûmque ipſorum, Lectorum, atque
uditorum Salutem Æternam, Dirigat.
ale itaque, & Reſipiſce: Tibíque ſem-
er Propendeat Animus ad Veritatem
œleſtem Amplectendam, à Quocunque
Utcunque Propoſitam.

Junii 4.
Anno Dom. 1678.

EPISTOLA
AD
Authorem Libelli cujusdam, cui Titulus,
Dr. Stillingfleet against Dr. Stillingfleet.

AD
AUTHOREM
Libelli cujuſdam, cui
Titulus, &c.

PER Appendicem iſtam, Erudite Vir, in qua de Viro Pererudito D. *Stillingfleeto*, quaſi *Idololatriæ* Reo; ex Ore ſuo Judicato, Fictitium agis Triumphum, hujuſmodi *Pestis* videtur Animum Tuum occupare qualem iſte *Hobbius*,& *Hobbii amicus Gaſsendus veſter*, (*Nebulonum* quorundam more Peſte externâ laborantium) in Populum ſpargere ſtudebant: nempe Opinio iſta, " Non dari *Ideam*, ſeu *Repræſen*-" *tationem Intellectualem Unius Simpliciter* " *Infiniti*. Quæ tamen *Idea*, ſeu *Repræſentatio Intellectualis Virtualiter* includitur in omni hujuſmodi *Cultûs* ſeu *Adorationis Actu*, quem *Deo Opt. Max.* præſtant

ſtant *Fideles*. Nam vel talis *Ideæ Vir*[…] includitur, &c. vel hujuſmodi *Cultus* […] *Adorationis Actus* Poteſt conſiſtere c[…] *Repræſentatione Alius*; Sed Non P[…]teſt, &c.

Disjunctionem ſic Probo: Nihil a[…]ud, niſi talis *Ideæ Virtus* & *Efficacia*, i[…]pedit, quo minùs Poſſit *Repræſentatio A*[…]*us* conſiſtere cum tali *Adoratione*, qua[…] ſibi præſtari Vult *Deus Opt. Max*. *Mi*[…]*norem* ſic: *Repræſentatio Alius* eſt *Repr*[…]*ſentatio* Alicujus, Quod non eſt *Deus*[…] Hæc igitur non Poteſt conſiſtere cu[…] Vera *Dei Adoratione*. Id verò Quod no[…] eſt *Deus*, *Repræſentatum* ut *Cultu Divi*[…] Dignum, quid ſit aliud quàm *Idolum*[…] ab Animo *Carni* Addicto Formatum[…] An *Eccleſia Romana* ſit *Idololatrica*, Ip[…] videris. Conſtat mihi Cogitation[…] *Idololatricas* quandoque habuiſſe *Gaſſen*[…]*dum veſtrum* ex hiſce Ipſius Verbis.

Tom.1.*p*.92,93. " Omnis Idea aut p[…]
" Senſum tranſit, aut ex iis quæ tranſeu[…]
" per Senſum, formatur.

" Porrò, hâc ratione etiam Deum, qu[…]
" cadere ſanè in Senſum non poteſt, co[…]
" cipere Mens ſolet ſub Idea Viſi alicuju[…]
" Senis Venerabilis, quam ipſi velut ac[…]
" commodat.

Tom[…]

*Tom.*3.*p*.386. “Quod ſpectat ad Ideas ‘rerum immaterialium creditarum, ut ‘Dei, Angeli, Animæ Humanæ; con‘ſtat etiam quaſcunque habemus de ipſis ‘Ideas, eſſe vel Corporeas, vel quaſi ‘Corporeas, ex Forma ſcilicet Humana, ‘& ex rebus aliàs tenuiſſimis,ſimpliciſſi‘mis, inſenſibiliſſimis, cujuſmodi ſunt ‘Aër, Ætherve, deſumptas. *Pag.* 387. ‘Neque Deum, neque Angelum, neque ‘Mentem, niſi ſub Forma quadam Cor‘porea, & Infirmitati meæ accommoda‘tâ Intelligere potis ſum.

Αἱ οὖν Ἰνδαλματώδεις τῆς Ψυχῆς Κινήσεις Εἰδωλομανεῖς τίκτουσι Φαντασίας. *Athenag. Legat. pro Christianis.* Fateor equidem Iſtum etiam *Gaſſendum* (ut *Hobbium Gaſſendo* Chariſſimum feciſſe Clariſſimi *Bramhalli* Scripta oſtendunt) Sententias Contradictorias proferre: nimirum *Lux* Illa Animis eorum Inſita, quam adeò Supprimere conatur, interdum acriùs Erumpit, & Ipſis quodammodo Invitis, ſpargit Radios. ‘Hæc eſt Summa Delicti Nolentium Re‘cognoſcere, Quem Ignorare non poſ‘ſunt. *Tertl. Apol.* Hanc Propoſitionem ſtrenuè Aſſerendam in me ſuſcipio. *Idolatra* eſt, quicunque *Deum repræſentat* ſub *alia* quacunque *Ratione*, ſeu *Idea*, niſi

Unius

Unius Simpliciter Infiniti, Omnipoten- *Summi Boni, Optimi, Maximi.* De q- sic loquitur Propheta *Esa. cap.*40. *ver.*1- 18. "Omnes Gentes velut Nihil sunt c- "ram Eo, Minus Nihilo, & Inanitate r- "putantur. Cui ergò *assimilabitis* D- "*um* Fortem, quam *Similitudinem* Com- "parabitis Ei?

Deus, nisi *Incarnatus,* non est *Phant-* *siæ,* seu *Imaginationis Objectum:* Et ubi- cunque de *Illo Scripturæ* loquuntur, ta- quam Oculos, Aures, Manus, &c. haben- te, Operationes Illius *Phantasiæ* per huju- modi Phrases exhibentur, non *Ipse Intel-* *lectui.* Sed in Omnibus Sanctitatis Ve- Studiosis Operationum *Ejus Phantasma-* Vividam *Ipsius Incomprehensibilis Idea-* Excitant; ut Illâ Inflammati eorum An- mi Ultra *Intellectum* Effundant *Volunt-* *tem*; nempe ut Quod Omnem Transce- dit *Notitiam, Amore prosequantur.*

O Lux! O Charitas! Per *Deum Incar-* *natum* Affulgeat Nobis *Pater noster qui e-* *in Cælis, Intellectum* simul & *Imaginati-* *nem* Nostram *Lumine* Suo Perfundat, *Ap-* *petitum* tam *Intellectivum* quàm *Sensiti-* *vum, Charitatis Infinitæ* Ardore Æterno

in-

Incendat, ut Omnes hujus Seculi Voluptates, Honores, Divitias, Animitùs spernamus, ut *Deus sit Nobis Omnia in Omnibus*.

Ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ.

Bre-